

gatum sive immersum, quia hæc operatio non fit per corpus, ut probatur 3. de animâ. Unde Principium hujus operationis habet operationem sine communicatione materiae corporalis. Sic autem unumquodque operatur, secundum quod est. Unde certum est, quod esse illius Principii sit esse elevatum supra materiam corporalem, & non dependens ab ipsâ; hoc autem proprium est spiritualis Substantiæ. Hæc Thomas de Spiritual. Creat. q. 2. in 4. de an. quæst. 14. Reliquæ, præter hanc, animæ, Vegetativam puta & Sensitivam, licet altera super alteram elevata sit, supra materiam tamen, quomodo hæc nostra, horum neutra elevata est, ideoque appositè Archang: Mercenar. in Dilucid. obscur. LL. Aristotel. in quæst. Cur anima rationalis non solum cognoscens, sed & intelligens sit? pag. 437. concludit; animam vegetalem omnino materiæ demersam esse; sensitivam à materiâ paulò elevatiorē, Intellectivam verò à concrectione materiæ liberam & solutam.

Θ. 18. Characterem Thomas, quod Anima nostra supra materiam corporalem elevata sit, & ab illâ non dependens, desumit ab ejusdem operatione intellectuali, quod per corpus non fit, ut quidem materiales operationes: auditio, visio, ambulare, & quæ sunt similes, Aristot. l. 2. de Gener. animal. c. 3. Non fortè aliter, ut habetur l. 3. de an. t. 4. Necesse est itaque, quoniam omnia intelligit animus, immistum esse. Vid. ad h. l. Archang: Mercen. p. 416. seqq. Hanc immistionem autem Textu 6. arctius determinat Philosophus his verbis: unde neque rationabile est illum mixtum esse cum corpore, qualis n. quidem utique fieret, calidus aut frigidus, (argutatur hic quidem Barserus, sed nihil proficit) & ei instrumentum aliquod esset, sicut sensitivo, nunc autem nullum est. Vid. Iulii Pacii Comm. ad h. l. 5. Lib. 1. de an. t. 92. & inibi idem Interp. confer etiam l. 3. de an. tex. 19. quoad hæc verba: οὗτος ὁ νῦν χωρὶς τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τοῦ σώματος, &c. ὡν.

Θ. 19. Et hæc ἀνεξέστω. Ex superioribus enim, dum omnia intellectus intelligere perhibetur, insimul claret, quod maximè sublimia intelligat (utrum autem hæc sublimia intelligendi & contemplandi vis Animæ coelitus descendenti in cœlo supremo à Saturno indita sit, ut Plotinus aliique Platonici opinantur Voss: l. 2. Idolol. c. 34. constanter dubito) & hæc intellectio se omnino ad Deum, ad Angelos & Uni-

Uni-